



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Delectatio morosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

DEGRADATIO.

Seu depositio.

DEGRADATIO realis, & depositio
verbalis, non est censura: sunt tamen
priuationes, vel inhabilitationes, quae pri-
uant omnino, vel inhabilem faciunt ad or-
dinem suscipiendum vel exercendum, cap.
27. num. 152.

Atque depositio ab officio vel beneficio
præsupponit culpam mortalem, cap. 19. n. 9.

Clericus depositus, dummodo non sit de-
gradatus realiter gaudet priuilegio cano-
nis. Secus si fuerit incorrigibilis, cap. 27.
num. 79. 81.

Prohibitio, seu priuatio seu inhabilita-
tio totius exercitij, officij, vel beneficij in
perpetuum, est depositio, & non suspicio, n. 152.

Crimina depositione digna sunt adulter-
tium, concubinatus, stuprum, & similia, &
omnia alia maiora illis, num. 243.

DELECTATIO

DELECTATIO morosa de opere pro- A
hibito est peccatum, habetque locum
M

178 DELECTATIO. MOR.
in materiis omnium peccatorum. cap. 11.
num. 9. Nouo 11.

Ad delectationem morosam mortalem
quatuor requiruntur. I. Quod sit de obie-
cto mortaliter malo. II. Quod homo ple-
nè aduertat se delectari III. Quod non re-
sistat delectationi. III. Quod amissio hu-
ius resistentiae sit absque rationabili causa.
Vnde qui ob iustum causam non repellit
delectationem morosam, non peccat: verbi
gratia, ne relinquat honestam occupationem,
studium rerum impudicarum, confessionem
&c. nisi adesset periculum consensus. ca. 11.
num. 9. & in Nouo num. 12.

Delectatio morosa haberi potest in in-
stanti. num. 11.

Delectationem morosam luxurie ha-
bens, si non est certus utrum consenserit,
expedit, ut se accuset de illa. num. 17.

Delectatio est mortal is, quando nascitur
ex cogitatione copulae habenda cum ea
quam credit homo futuram uxorem, vel
cum hac conditione, si alioquin liceret. cap.
16. num. 9. §. 6.

Delectatio carnalis copulae cum coniu-
ge vel marito mortuo, seu absente, est mor-
tal is. Licet tamen gaudere de tali copula
num. 10.

Delectatio morosa de re venerea ei
mortalis

mortalis, si ad sit consensus saltē interpretatiuus, & mutat species iuxta circumstantias personarum, circa quas versatur. num. 9.

Delectatio de videndo fœminam pulchram, non est mortalis. num. 11.

Delectatio de cogitatione iniusti homicidij peccatum est: secus si sit de utilitate sibi secuta ex morte. cap. 15. num. 10.

D E L E G A T V S

& Subdelegatus.

SIMPLEX ministerium absoluendi ab Excommunicatione potest delegari à delegato Ordinarij, & à subdelegato subdelegati Papæ, non tamen ipsa iurisdictio. cap. 27. num. 45.

Delegatus, cui est commissa caussa, potest partes absoluere ad cautelam. cap. 27. num. 273. in Nouo num. 277. vide etiam Absolution. III. lit. D.

D E L I B E R A T I O.

DEFECTVS deliberationis excusat à mortali. Item defectus iudicij in semi-dormientibus, vel semiebriis, vel valde perturbatis.

M. 2. turbatis.

